

Alte Drucke

**ANTONII || LVLLI BA-||LEARIS, || PROGYMNASMATA ||
RHETORICA. ||**

Lulio, Antonio

Lugduni, 1572

DECIMVM PROGYMNASMA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150772

esse desinit: qui quidem abruptus semper, & per excursionem, ut oratio crescat, adhibetur. Sed in homiliis patrum continuè tractatur vnum argumentum, multis etiam similitudinibus adumbratum, & confirmationibus sacre scripturae. Hæc & his longè plura subeunt ijs, qui accumulandi trahuntur cupiditate, a deo ut etiam si cunctorum sibi mortalium fortunas comparauerint, nullam tamen sentiant præ auiditate immodica voluptatē. Quod si vel nummi unius iacturam fecerint, se miseros existimant, & vita excidisse. Quæ mala quis poterit oratione consequi? At si præsentia hæc tantopere illos affligunt, cogita quanto acerbiora illos post mortem tormenta manent. Illum dico à regno cœlesti casum, dolorem ob gehennā, perpetuos carceres, tenebras extiores, vermes venenatos, dentium stridorem, pressuras, angustias, ignis fluenta, & caminos inextinguibiles. Quæ omnia colligens, conferensque cum ipsa pecuniarum voluptate, funditus hunc auaritiae morbum euellito: ut graui inopia liber, veras tibi diuitias comares: cūmque his præsentibus bonis, & futura etiam assequaris.

DECIMVM PRO-
GYMNASMA.

PROSOPOPOEIA.



Rosopœia autem sermo est, motum aliquem animi exprimens: ut dolorem, iram,

iram, odium, amorem, cupiditatem, spem, metum, & quæ sunt eius generis: ut qualia iratus Achilles contra Agamemnonem loquitus est. Aut mores & ingenium personæ, veluti adolescentis, senis, mulieris, rustici, militis: ut qualia verba proferebat Achilles, cum Hectorem occideret. Et dicitur hæc eloqua: nam pro loquentis moribus temperatur oratio, vel hilaris, vel tristis, vel inornata, vel tumens, vel blanda, vel anxia. Illa verò, quia motum animi incidentem habet, & à proprio more loquendi is qui loquitur, declinat, græcè dicitur περονία πατέτι, ut indignatio, gemitus, lamenta, & omnis exclamatio. Fit etiam sëpe, ut res mutas loquentes introducamus, & sub aliqua persona: aut ad eas loquamur, tanquam sensu præditas. ut, O patria, ô diuûm domus Ilium. quæ ramen figu-προβοτα, ra est prosopopœia, non progymnasma. In fin-η ΧΙ genda igitur persona, talis erit nostra oratio, qualis esset eius quem imitamur. Et quia paßim in comediis & tragœdiis exempla occur- runt, plura non adiiciam.

E X E M P L U M P R O S O P O P O E I A E,
ex primo Aeneidos, qualia secum Juno loqui-
ta est, Troianos ex Sicilia soluen-
tes contemplata.

Pathopœia. Méne incepto desistere uictam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe uetus fatis. Mixta. Pallásne exurere classem
Argiuum, atque ipsos potuit submergere ponto,

Vnius

Vnius ob noxam, & furia Aiaciis Oilei?
 Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem,
 Dissecutq; rates, euertitq; æquora uentis.
 Illum expirantem transfixo pectore flammæ
 Turbine corripuit, scopuloq; infixit acuto.
 Ethopœia. Ast ego, quæ diuīm incedo regina, Iouisq;
 Et soror & coniux, una cum gente tot annos
 Bella gero, & quisquam Iunonis numen adoret
 Præterea? aut supplex aris imponet honorem?

V N D E C I M V M P R O-
 G Y M N A S M A.

G R A T I A R V M A C T I O.



Ratiæ aguntur quatuor plurimū modis: quantitate, ipsa gratiarum actione, votis, ac denique pollicitatione non ingrati animi. Est autem quantitas amplificatio accepti beneficij. Vota verò non fiunt, nisi sit maius beneficium nostris viribus.

A P P E N D I X.

I N ter progmnaſmata ponendam duxi Gratiarum actionē, & huic adiungendam Consolationem: ut quibus tui similes, hoc est, generosi ac principes viri frequenter indigeāt. Alioqui enim à Proſopopœia neutram fecludo.

E X E M P L U M E X P R I M O
 A E N E I D O S.

Quantitas. O ſola infandoſ Troiae miserata labores.

Quæ